



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

VIII. Peccator, spectata sua voluntate, miser est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

D. Paulus ait, præcipitque cur- *Phil. 3. 19.*
 su ad ea fertur, quæ ei exitium
 afferunt & perniciem. Quæ om-
 nia hominis impij & vilitatem
 & ignobilitatem, quatenus ra-
 tione & intelligentia præditus
 est, demonstrant; pessimam item
 voluntatem, rationis ingenio
 adiutam, qua is Deum infami
 perfidia, & atroci iniuria inua-
 dere audet. *Erubescere Sidon, ait*
mare. Apage insane peccator,
 serpens Lybice desine insanire,
 Deumque offendere.

CAPVT VIII.

*Peccator spectata sua voluntate,
 miser est.*

Voluntas, per lapsum primi
 parentis, *grauè malitiæ vulnus*
 accepit, vt D. Thomas loquitur, *1. 2. q. 85. ar. 3.*
 quo, suo quasi momento, ad ma-
 lum, sub specie boni, iudiciũ sen-
 sus, non rationis, quod debebat,
 G sequens,

sequens, inclinatur. Ad illud
tem inclinatur, fertur, idq; m
gno impetu, vt furens vnda t
rentis, quæ omnia vel deuolu
ueleuertit. In eo, aliquo mo
deinde delectatur, delectatio
eam consensus excipit, vteru
gestare incipit, fœtum partur
opere parit, cōsuetudine nutr
habitu format, se deformat; cū
enim fœdissimus sit & fœtidiss
mus, fœdam quoque & fœtidat
reddit voluntatem.

Os. 9. 10.

Facti sunt
enim, vt Propheta ait, abomi
biles, velut ea quæ dilexerunt. Lic
autem bonum aliquando v
luntas complectatur, magis
men, maioreque ardore ac fl
dio curat & procurat bonu
corporis, quàm animi; cū hō
tardè & difficulter, sæpeque sin
effectu, facit. *Vult, & non vult p*
ger; velle illi adiacet, sed perficere nō
inuenit; non quod vult bonum h

Prov. 13. 4.

Rom. 7. 15.

agit, sed quod odit malum illud facit.
 Ægrè item vitijs repugnat, diffi-
 culter virtutes exercet. In re-
 bus eligendis & gerendis sæpif-
 simè errat. Ad Deum authorem
 suum colendum & amandum
 tardissima est. Ex sui amore om-
 nia bona ad se trahit, *iniquitatem* Job. 15. 16.

quasi aquam bibit; Eiusque causa
 sola est, dominium videlicet su-
 premum, medium, infimum in
 seipsam & actus suos omnes ha-
 bens. An peruersitas hæc vo-
 luntatis hominem miserum,
 miserabilem, cœcum, nudum,
 & pauperem non efficit? An in
 Cyclopibus eum rectè non nu-
 merat, quòd audeat in De-

um infinitæ maiesta-

tis inuehi?

G. 2. CA.